

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/CMN/index.html>)

185 quotations attributed to Cato in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 1, Rubrica 15: De oratione religiosa (fol.6ra):

Cato capitulo i. **Deo supplica.**

Deo supplica.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 1 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.11).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 18: De iuramenti religione (fol.6rb):

Cato capitulo i. **Ius iurandum serua.**

Ius iurandum serva.

Anonymus, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 21 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.18).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 5: De tranquillitate et bona vita et non bona (fol.18vb):

Cato capitulo 3. **Quod nimium est fugito paruo gaudere memento. Tuta mage pupis est modico qui flumine fertur.**

Quod nimium est fugito, parvo gaudere memento: / tuta mage est puppis, modico quae flumine fertur.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.6 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.103).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 5: De moralitate circa se et alium (fol.20rb):

Cato capitulo 2. **Cum te aliquis laudat: iudex tuus esse memento. Plus aliis de te quam tu tibi credere noli.**¹ Capitulo 5. et finali. **Cum fortuna tuarum rerum tibi displicet ipsi: Alterius specta: quanto sit discrimine peior.**²

1. Cum te aliquis laudat, iudex tuus esse memento; / plus aliis de te quam tu tibi credere noli.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 1.14 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.47).

2. Cum tua fortuna rerum tibi displicet ipsi, / alterius specta, cui sit discrimine peior.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 4.32 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.235).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 8: De defectu naturali humane mortalitatis et naturalitatis (fol.21rb):

Cato capitulo 2. **Nemo sine crimine viuit.**

Si vitam inspicias hominum, si denique mores, / cum culpant alios: nemo
sine crimine vivit.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.5 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.38).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 9: De salute corporis consideratione morali (fol.21va):

Cato capitulo 3. **Corporis auxilium: medico committe fideli. Sit tibi precipue: quod primum est cura salutis.**

Consilium arcanum tacito committe sodali, / corporis auxilium medico committe fideli. /
Successus pravos noli tu ferre moleste: / indulget fortuna malis, ut laedere possit. /
Prospice qui veniant casus, hos esse ferendos; / nam levius laedit quidquid praevidimus
ante. / Rebus in adversis animum submittere noli; / spem retine: spes una hominem nec
morte relinquit. / Rem tibi quam scieris aptam dimittere noli: / fronte capillata, post haec
occasio calva. / Quod sequitur specta quodque imminet ante, videto: / illum imitare deum,
partem qui spectat utramque. / Fortius ut valeas, interdum parcior esto: / pauca voluptati
debentur, plura saluti. / Iudicium populi numquam contempseris unus, / ne nulli placeas,
dum vis contemnere multos. / Sit tibi praecipue, quod primum est, cura salutis: / tempore
ne culpes, cum sit tibi causa doloris.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.22-30 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, pp.127-39).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 10: De viribus corporis (fol.21vb):

Cato capitulo i. **Nil arbitrio virium feceris.**¹ Capitulo 3. **Corporis exigui vires contemnere noli. / Consilio pollet: cui vim natura negauit.**²

1. nihil arbitrio virium feceris.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 48 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.27).

2. Corporis exigui vires contemnere noli: / consilio pollet, cui vim natura negavit.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.9 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.109).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 1: De iustitia equitate et iniuitate (fol.25ra):

Cato capitulo i. **Illud stude agere quod iustum est.**

illud adgredere, quod iustum est.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 55 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.29).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 2: De bonitate et prauitate (fol.26ra):

Cato capitulo 3. **Indulget fortuna malis vt ledere possit.**

Successus pravos noli tu ferre moleste: / indulget fortuna malis, ut laedere possit.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.23 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.128).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 3: De conscientia benigitatis et malignitatis (fol.26va):

Cato capitulo 2. **Conscius ipse sibi: de se putat omnia dici.**

Ne cures, si quis tacito sermone loquatur: / conscius ipse sibi de se putat omnia dici.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.17 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.53).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 14: De iusticie naturalis iudicio (fol.30va):

Cato capitulo 3. **Indulget fortuna malis vt ledere possit.**¹ Capitulo 5. et finali. **Sepe etenim deus iniustas vlciscitur iras.**²

1. Successus pravos noli tu ferre moleste: / indulget fortuna malis, ut laedere possit.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.23 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.128).

2. Contra hominem iustum prave contendere noli: / semper enim deus iniustas ulciscitur iras.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 4.34 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.238).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.32ra):

Cato capitulo i. **Datum serua.**¹ **Iusiurandum serua.**² Capitulo 2. **Rem tibi promissam: certam promittem noli. Rara fides: ideo quia multi multa loquuntur.**³

1. datum serva.

Anonymus, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 4 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.12).

2. iusiurandum serva.

Anonymus, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 21 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.18).

3. Spem tibi promissi certam promittere noli: / rara fides ideo est, quia multi multa locuntur.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 1.13 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.46).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 4: De adulatione blandimento et assentione (fol.32vb):

Cato capitulo 2. **Noli homines blandos: nimium sermone probare. Fistula dulce canit volucrem: dum decipit auceps.**¹ Capitulo 8. **Sermones blandos blesosque vitare memento. Simplicitas veri fama est: fraus ficta loquendi.**²

1. Noli homines blandos: nimium sermone probare: / fistula dulce canit, volucrem cum decipit auceps.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.27 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.65).

2. Sermones blandos blaesosque cavere memento: / simplicitas veri fama est, fraus ficta loquendi.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 3.4 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.156).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 5: De simulatione et dissimulatione (fol.33rb):

Cato capitulo 2. **Qui simulat verbis nec corde est fidus amicus. Tu quoque fac simile: sic ars deluditur arte.**¹ Capitulo 3. **Insipiens esto cum tempus postulat aut res. Stultitiam simulare loco prudentia summa est.**²

1. Qui simulat verbis nec corde est fidus amicus, / tu qui fac simile: sic ars deluditur acte.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.26 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.63).

2. Insipiens esto, cum tempus postulat ipsum, / stultitiam simulare loco, prudentia summa est.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.18 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.120).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 8: De simplicitate seu prauitate et multiplicitate animi (fol.34vb):

Cato capitulo 8. **Simplicitas veri fama est: fraus ficta loquendi.**

Sermones blandos blaesosque cavere memento: / simplicitas veri fama est, fraus ficta loquendi.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 3.4 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.156).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 10: De confidentia credulitate credulis atque incredulis (fol.35ra):

Cato capitulo i. **Nil temere credideris.**¹ Capitulo 3. **Noli tu quedam referenti credere semper.**
Exigua est tribuenda fides: quia multi multa loquuntur.²

1. Nihil temere credideris.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 24 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.19).

2. Noli tu quaedam referenti credere semper: / exigua est tribuenda fides, qui multa locuntur.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.20 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.122).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 11: De suspitione et suspitious (fol.35va):

Cato capitulo 2. **Ne cures si quis tacito sermone loquatur: / Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.**¹ Capitulo 5. et finali. **Quod tibi suspectum est: confessim discute quid sit / Namque solent primo: que sunt neglecta nocere.**² / **Suspectus caueas: ne sis miser omnibus horis. / Nam timidis et suspectis: aptissima mors est.**³

1. Ne cures, si quis tacito sermone loquatur: / conscientius ipse sibi de se putat omnia dici.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.17 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.53).

2. Quod tibi suspectum est, confessim discute, quid sit / namque solent, primo quae sunt neglecta, nocere.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 4.9 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.204).

3. Suspectus caveris, ne sis miser omnibus horis, / nam timidis et suspectis aptissima mors est.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 4.43 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.252).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 12: De clandestinatione et patulitate (fol.36ra):

Cato capitulo 3. **Temporibus peccata latent: et tempore parent.**

Nolo putas pravos homines peccata lucrari: / temporibus peccata latent et tempore parent.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.8 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.107).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 3: De predilectione suiipsius (fol.37rb):

Cato capitulo 2. **Dilige sic alios: vt sis tibi carus amicus.**

Dilige sic alios, ut sis tibi carus amicus; / sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.11 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.43).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 4: De parentibus et liberis (fol.38ra):

Cato capitulo i. **Parentes ama.**¹ **Parentes patienter vince.**² Capitulo 2. **Cum tibi sint nati nec opes: tunc artibus illos. Instrue: quo possint inopem defendere vitam.**³ Capitulo 5. et finali. **Fer patris imperium: cum verbis exit in iram.**⁴

1. parentes ama.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 2 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.11).

2. parentem patientia vince.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 46 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.26).

3. Cum tibi sint nati nec opes, tunc artibus illos / instrue, quo possint inopem defendere vitam.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.28 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.67).

4. Verbera cum tuleris discens aliquando magistri, / fer patris imperium, cum verbis exit in iram.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 4.6 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.200).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 5: De cognatis (fol.38rb):

Cato capitulo i. **Cognatos cole.**

cognatos cole.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 3 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.12).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 5: De conuersatione conspectu societate et solitudine (fol.39rb):

Cato capitulo i. **Cum bonis ambula.**

Cum bonis ambula.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 6 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.12).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 9: De amicis leibus verbalibus fictis et non veris (fol.41ra):

Cato capitulo 2. **Qui simulat verbis: nec corde est fidus amicus: Tu quoque fac simile: sic ars deluditur arte.**

Qui simulat verbis nec corde est fidus amicus, / tu qui fac simile: sic ars deluditur acte.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.26 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.63).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 11: De acquirendis amicis (fol.41va):

Cato capitulo 5. et finali. **Cum tibi vel socium: vel fidum queris amicum. / Non tibi fortuna est hominis: sed vita petenda.**

Cum tibi vel socium vel fidum quaeris amicum, / non tibi fortuna est hominis sed vita petenda.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 4.15 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.211).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 7: De contentionibus (fol.45ra):

Cato capitulo 2. **Contra verbosos noli contendere verbis.**¹ Capitulo 3. **Aduersum notum noli contendere verbis. / Lis minimis verbis: interdum maxima crescit.**²

1. Contra verbosos noli contendere verbis: / sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 1.10 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.42).

2. Aduersum notum noli contendere verbis: / his rebus minimis interdum maxima crescunt.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 2.11 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.112).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 8: De rixis et scandalis (fol.45ra):

Cato capitulo 2. **Rumores fuge: ne incipias nouus auctor haberi.**

Rumores fuge, ne incipias novus auctor haberi, / nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.12 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.44).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 9: De litibus et iurgiis (fol.45rb):

Cato capitulo 3. **Litem inferre caue cum quo tibi gratia iuncta est.**

Litem inferre cave cum quo tibi gratia iuncta est, / ira odium generat, concordia nutrit amorem.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.36 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.79).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 1: De petitionibus et rogationibus beneficiorum: et exauditionibus vel de negationibus (fol.47rb):

Cato capitulo 2. **Quod iustum est petito: vel quod videatur honestum. Nam stultum est petere: quod possit iure negari.**

Quod iustum est petito vel quod videatur honestum, / nam stultum petere est quod possit iure negari.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.31 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.70).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 2: De beneficiis (fol.48ra):

Cato capitulo i. **Bonis benefacito.**¹ Capitulo 2. **Dilige sic alios: vt sis tibi carus amicus. / Sic bonus esto bonis: ne te mala damna sequantur² / Officium alterius multis narrare memento. / Atque aliis cum tu benefeceris ipse sileto.**³ / Ne dubites cum magna petas impendere parua. / His etenim rebus coniungit gratia caros.⁴ Capitulo 3. **Si potes ignotis etiam prodesse memento. / Utilius regno est meritis acquirere amicos.**⁵ Capitulo 4. **Productus testis: salua tamen ante pudorem. / Quantumcumque potes celato crimen amici.**⁶

1. bono benefacito.

Anonymus, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 39 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.24).

2. Dilige sic alios, ut sis tibi carus amicus; / sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 1.11 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.43).

3. Officium alterius multis narrare memento, / at quaecumque aliis benefeceris ipse, sileto.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 1.15 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.51).

4. Ne dubita cum magna petas impendere parva: / his etenim rebus coniungit gratia caros.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 1.35 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.77).

5. Si potes, ignotis etiam prodesse memento: / utilius regno est, meritis adquirere amicos.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 2.1 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.97).

6. Productus testis, salvo tamen ante pudore, / quantumcumque potes, celato crimen amici.

Anonymus, *Disticha Catonis* 3.3 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.155).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 3: De liberalitate et munificentia (fol.48vb):

Cato capitulo 2. **Exiguum munus: cum dat tibi pauper amicus. Accipito placide: et plene laudare memento.**¹ Capitulo. 3. **Dandum etenim est aliquid cum tempus postulat aut res.**² Capitulo 4. **Cum tibi diuitie superant in fine senecte: / Munificus facito viuas: non parcus amicis.**³

1. Exiguum munus cum det tibi pauper amicus, / accipito placide, plene laudare memento.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.20 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.55).

2. Fac sumptum propere, cum res desiderat ipsa: / dandum etenim est aliquid, cum tempus postulat aut res.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.5 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.102).

3. Cum tibi divitiae superant in fine senectae, / munificus facito vivas, non parcus, amicus.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 3.9 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.163).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 4: De celeri aut morosa prestatione muneric et beneficii (fol.49ra):

Cato capitulo 2. **Quod prestare potes: ne bis promiseris vlli.**

Quod praestare potes, ne bis promiseris ulli, / ne sis ventosus, dum vis bonus esse videri.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.25 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.62).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 6: De vtilitate oblationis munera et beneficiorum (fol.49vb):

Cato capitulo 3. **Si potes ignotis etiam prodesse memento. Utilius regno est meritis acquirere amicos.**

Si potes, ignotis etiam prodesse memento: / utilius regno est, meritis adquirere amicos.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.1 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.97).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 8: De credito et debito (fol.50va):

Cato capitulo i. **Mutuum da. / Cui des videto.**

mutuum da. / cui des, uideto.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 16-17 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, pp.16-17).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 9: De gratia et gratitudine et ingratitudine (fol.51ra):

Cato capitulo i. **Beneficii accepti memor esto.**¹ Capitulo 2. **Officium alterius multis narrare memento / Atque aliis cum tu benefeceris ipse sileto. / Exiguum munus: cum dat tibi pauper amicus. / Accipito placide: et plene laudare memento.**²

1. beneficii accepti esto memor.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 50 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.27).

2. Officium alterius multis narrare memento, / at quaecumque aliis benefeceris ipse, sileto. /
Multorum cum facta senex et dicta reprendas, / fac tibi succurrant, iuvenis quae feceris ipse. / Ne cures, si quis tacito sermone loquatur: / conscient ipse sibi de se putat omnia dici. / Cum fueris felix, quae sunt adversa, caveto: / non eodem cursu respondent ultima primis. / Cum dubia et fragilis nobis sit vita tributa, / in mortem alterius spem tu tibi ponere noli. / Exiguum munus cum det tibi pauper amicus, / accipito placide, plene laudare memento.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.15-20 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, pp.51-5).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 10: De mercede premio et retributione (fol.52vb):

Cato capitulo 3. **Cum labor est in damno: mortalis crescit egestas.**

Conserva potius, quae sunt iam parta labore; / cum labor in damno est, crescit mortalis egestas.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.39 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.82).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 1: De pollicia seu ciuitate (fol.53rb):

Cato capitulo i. **Pugna pro patria.**

pugna pro patria.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 23 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.19).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 2: De populo (fol.53vb):

Cato capitulo 3. **Iudicium populi: nunquam contempseris vnus. / Ne nulli placeas: dum vis contemnere multos.**

Iudicium populi numquam contempseris unus, / ne nulli placeas, dum vis contemnere multos.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.29 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.139).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 6: De iure lege et pacto (fol.56va):

Cato capitulo i. **Patere legem quam tu ipse tuleris.**

patere legem quam ipse tuleris.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 49 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.27).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 8: De iudicibus et iudiciis (fol.57ra-rb):

Cato capitulo i. **Equum iudica.**¹ Capitulo 2. **Esto forti animo: cum sis damnatus inique. / Nemo diu gaudet: sub iniquo iudice vincens.**² Capitulo 4. **Iudicis auxilium: sub iniquo teste rogato.**³

1. aequum iudica.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 43 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.25).

2. Forti animo esto libens, cum sis damnatus inique: / nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.14 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.115).

3. Iudicis auxilium sub iniuitate rogato, / ipsae etiam leges cupiunt, ut iure rogentur.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 3.16 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.173).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 12: De audientia et contumacia (fol.58rb):

Cato capitulo i. **Foro pare.**

foro parce.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 5 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.12).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 13: De facti probatione et testimonio (fol.58va):

Cato capitulo 4. **Productus testis salua tamen ante pudorem. / Quantumcumque potes: celato crimen amici.**

Productus testis, salvo tamen ante pudore, / quantumcumque potes, celato crimen amici.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 3.3 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.155).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali
(fol.61ra):

Cato capitulo 3. **Consilio pollet: cui vim natura negauit.**

Corporis exigui vires contemnere noli: / consilio pollet, cui vim natura negavit.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.9 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.109).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.63va):

Cato capitulo 5. et finali. **Prospicito cuncta tacitus quid quisque loquatur. / Sermo hominum mores celat: et indicat idem.**

Perspicito cuncta tacitus, quid quisque loquatur: / sermo hominum mores et celat et indicat idem.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 4.20 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.216).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 1: De prudentia et sapientia (n.p. fol.1ra):

Cato capitulo 2. **Sermo datur cunctis animi sapientia paucis.**¹ Capitulo 3. **Insipiens esto: cum tempus postulat aut res. / Stultitiam simulare loco prudentia summa est.**²

1. Contra verbosos noli contendere verbis: / sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 1.10 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.42).

2. Insipiens esto, cum tempus postulat ipsum, / stultitiam simulare loco, prudentia summa est.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 2.18 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.120).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 2: De stultitia et insipientia (n.p. fol.1va):

Cato capitulo 3. **Insipiens esto cum tempus postulat aut res. / Stultitiam simulare loco prudentia summa est.**

Insipiens esto, cum tempus postulat ipsum, / stultitiam simulare loco, prudentia summa est.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.18 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.120).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 3: De prudentia et premeditatione atque deliberatione (n.p. fol.2ra):

Cato capitulo 3. **Prospice qui veniunt hos casus esse ferendos. / Nam leuius ledit quicquid prouidimus ante.**

Prospice qui veniant casus: hos esse ferendos; / nam levius laedit quidquid praevidimus ante.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.24 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.130).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De consilio (n.p. fol.3rb):

Cato capitulo i. **Antequam voceris ne accesseris ad consilium.¹ Tu te consule.²** Capitulo 4. **Utile consilium dominus ne despice serui. / Nullius si prodest sensum contempseris vnquam.³**

1. antequam ne accesseris.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 7 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.13).

2. Tu te consule.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 40 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.24).

3. Utile consilium dominus ne despice servi; / nullius sensum, si prodest, tempseris unquam.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 3.10 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.164).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 14: De certitudine et incertitudine (n.p. fol.6vb):

Cato capitulo 2. **Rem tibi promissam certam promittere noli.¹ / Ignotum tibimet noli proponere notis. / Cognita iudicio constat incognita casu.²**

1. Spem tibi promissi certam promittere noli: / rara fides ideo est, quia multi multa locuntur.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.13 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.46).

2. Ignotum tibi tu noli praeponere notis: / cognita iudicio constant, incognita casu.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.32 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.72).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 1: De philosophia et scientia litterarum (fol.65rb):

Cato capitulo i. **Disce litteras.**

litteras disce.

Anonymous, *Disticha Catonis*, Breues sententiae 38 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.24).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 4: De admonitione castigatione seu correctione (fol.67va):

Cato capitulo 2. **Cum moneas aliquem nec se velit ipse moneri: Si tibi sit carus noli desistere ceptis.¹ Que culpare soles ea tu ne feceris ipse. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.²**

1. Cum moneas aliquem nec se velit ille moneri, / si tibi sit carus, noli desistere coeptis.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.9 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.41).

2. Quae culpare soles, ea tu ne feceris ipse: / turpe est doctori, cum culpa redarguat ipsum.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.30 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.69).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 5: De increpatione et reprehensione (fol.68ra):

Cato capitulo 2. **Que culpare soles ea tu ne feceris ipse. Turpe est edoceri cum culpa redarguit ipsum.**

Quae culpare soles, ea tu ne feceris ipse: / turpe est doctori, cum culpa redarguat ipsum.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.30 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.69).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 6: De exemplo et imitatione (fol.68va):

Cato capitulo 4. **Multorum disce exemplo que facta sequaris. Que fugias vita est nobis aliena magistra.**

Multorum disce exemplo quae facta sequaris, / quae fugias, vita est nobis aliena magistra.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 3.13 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.168).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 7: De disciplina (fol.69va):

Cato capitulo 4. **Instrue doctrinis animum ne discere cesses. Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.**¹ Capitulo 5. et finali. **Disce aliquid. nam cum subito fortuna recedit. Ars remanet vitamque hominis non deserit vnquam. Disce sed a doctis indoctos ipse doceto. Propaganda etenim est rerum doctrina bonarum. Ne pudeat que nescieris te velle doceri.**² **Cum tibi contigerit studio cognoscere multa. Fac discas multa: et vita nescire doceri.**³

1. Instrue praeceptis animum, ne discere cessa; / nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 3.1 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.152).

2. Disce aliquid, nam, cum subito fortuna recessit, / ars remanet vitamque hominis non deserit umquam. / Perspicito cuncta tacitus, quid quisque loquatur: / sermo hominum mores et celat et indicat idem. / Exerce studium, quamvis percepis artem: / ut cura ingenium, sic et manus adiuvat usum. / Multum venturi ne cures tempora fati: / non metuit mortem, qui scit contemnere vitam. / Disce sed a doctis, indoctos ipse doceto: / propaganda etenim est rerum doctrina bonarum. / Hoc bibe, quo possis, si vis tu, vivere sanus: / morbi causa mali est homini quaecumque voluptas. / Laudaris quodcumque palam, quodcumque probaris, / hoc vide ne rursus levitatis criminis damnes. / Tranquillis rebus semper adversa timeto: / rursus in adversis melius sperare memento. / Discere ne cessa, cura sapientia crescat: / rara datur longo prudentia temporis usu. / Parce laudato, nam quem tu saepe laudaris, / una dies, qualis fuerit, ostendit, amicus. / Ne pudeat quae nescieris te velle doceri: / scire aliquid laus est; culpa est nil discere velle.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 4.19-29 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, pp.215-29).

3. Cum tibi contigerit studio cognoscere multa, / fac discas multa, vita nescire doceri.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 4.48 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.257).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 9: De studio discipline et continuatione eius (fol.70va):

Cato capitulo 4. **Multa legas facito: perfectis perlege multa.**¹ Capitulo 5. et finali. **Discere ne cesses: cura sapientia crescit. Rara datur longo prudentia temporis vsu.**² **Cum tibi contigerit studio cognoscere multa: Fac discas multa: et vita nescire doceri.**³

1. Multa legas facito, perfectis perlege multa, / nam miranda canunt, sed non credenda poetae.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 3.18 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.175).

2. Discere ne cessa, cura sapientia crescat: / rara datur longo prudentia temporis usu.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 4.27 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.227).

3. Cum tibi contigerit studio cognoscere multa, / fac discas multa, vita nescire doceri.

Anonymus, *Disticha Catonis*, 4.48 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.257).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 11: De curiositate vana (fol.71ra):

Cato capitulo 3. **Mitte archana dei: celumque inquirere quid sit.**

Mitte arcana dei caelumque inquirere quid sit, / > [An di sint caelumque regant, ne quaere doceri] / cum sis mortalis quae sunt mortalia cura.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 2.2 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.97).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 1: De vtilitate seu proficuo (fol.71rb-va):

Cato capitulo 2. **Que nocitura tenes quamvis sint cara relinque. Utilitas opibus preponi tempore debet.**¹ Capitulo 5. et finali. **Res age que prosunt rursus virare memento. In quibus error inest nec spes est certa laboris.**²

1. Quae nocitura tenes, quamvis sint cara, relinque: / utilitas opibus p^{re}poni tempore debet.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.6 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.39).

2. Res age quae prosunt, rursus vitare memento, / in quis error inest nec spes est certa laboris.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 4.7 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.202).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 5: De artibus et artificiis (fol.72ra):

Cato capitulo 5. et finali. **Disce aliquid: nam cum subito fortuna recedit. Ars remanet vitamque hominis non deserit vnquam.**

Disce aliquid, nam, cum subito fortuna recessit, / ars remanet vitamque hominis non deserit umquam.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 4.19 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.215).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 6: De exercitio et vsu exercitii (fol.72va):

Cato capitulo 5. et finali. **Exercere studium quamuis perceperis artem: / Ut cura ingenium sic manus adiuuat vsum.**

Exerce studium, quamvis perceperis artem: / ut cura ingenium, sic et manus adiuvat usum.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 4.21 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.217).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 7: De cura et intentione animi et negligentia (fol.73ra):

Cato capitulo 5. et finali. **Quod tibi suspectum est confestim discute quid sit. Namque solent primo que sunt neglecta nocere.**

Quod tibi suspectum est, confestim discute, quid sit / namque solent, primo quae sunt neglecta, nocere.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 4.9 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.204).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.74ra):

Cato capitulo 2. **Nam diurna quies viciis alimenta ministrat.**¹ Capitulo 4. **Segnitem fugito que vite ignavia fertur. / Nam cum animus languet consumit inertia corpus.**²

1. Plus vigila semper nec somno deditus esto; / **nam diurna quies viciis alimenta ministrat.**

Anonymus, *Disticha Catonis*, 1.2 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.35).

2. **Segnitem fugito, quae vitae ignavia fertur; / nam cum animus languet, consumit inertia corpus.**

Anonymus, *Disticha Catonis*, 3.5 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.158).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.74vb):

Cato capitulo 2. **Uirtutem primam puto compescere linguam. Proximus ille deo qui scit ratione tacere.**

Virtutem primam esse puta, compescere linguam; / proximus ille deo est, qui scit ratione tacere.

Anonymous, *Disticha Catonis*, 1.3 (M. Boas & H.J. Botschuyver eds., 1952, p.36).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 7: De circumscriptione prolocutionis alienae malignitatis (fol.76va):

